

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Heinrich Rudolph Redecker Lucas Koch

Disputatio Inauguralis De Cursoribus Publicis, quos Postas vocamus

Rostochii: Kilius, 1662

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn735211248>

Druck Freier  Zugang



Öffentliche Läger
= Post

R U jü. 1662

Heinrich Rudolf Redeker, Praes.

Lukas Koch, Resp.

mit Programm

1a

2
f. 78

DISPUTATIO INAUGURALIS
De
CURSORIBUS
PUBLICIS,
quos
POSTAS vocamus.

Quam
Divini Numinis annuente gratia,
In Illustri Rostochiensi Academia,
Auctoritate atq; Decreto Amplissimi JCtorū ordinis,

P R A E S I D E
VIRO Amplissimo, & Excellentissimo
DN. HEINRICO RUDOLPHO
Redefern / J. U. D. Professore, & p. t.
Juridicæ Facultatis Decano Spectabili
Fautore suo pl. honorando,
Pro impetrandis summis in utroq; jure honori-
bus & privilegiis Doctoralibus,
Solenni ac publicæ disquisitioni subjicit
LUCAS EOECHI Gustroviensis,
Ad diem X X. Martii.
In Auditorio majori horis convetis.

ROSTOCHII,
Typis JOHANNIS KILII, Acad. Typogr
ANNO M. DC. LXII 1662

DE CURSORIUS PHYSIOLOGIE

Universitäts-
Bibliothek
Rostock



I. N. D.

DE CURSORIBUS PUBLICIS. quos POSTAS vocamus.

THESIS I.



Ursores à cursu, cursus autem
1 currendo derivatur, quod cito pro-
gredi vel pergere significat: ut tempo-
ra currunt. l. 3. §. ult. de Carbon. Edict.
l. 19. §. ult. de ædit. edict. flumen currit,
l. ult. de S. P. R. currere in equis l. 20. de
P. V. inde cursus fluminis l. 1. C. de alluv.
cursus clabularis. l. 22. C. de cursu publ.
ubi rectius Veteres legunt clabularis
quam ambularis, quamvis hæc sit Flo-
rentinæ & vulgaræ editionis lectio
l. 2. s. C. Th. de Curiosis l. 62. C. Th. decursu
publ. Cuj; in d. l. 22. vehicularis l. 1. §. 1. & l. ult. §. 14. de muner. & honor. publico
l. 4. C. de Offic. rect. provinc. l. 5. C. de mod. multa. Unde cursores l. 99. §.
ult. de legat. 3. t. t. C. de curs. publ. & curraces l. 18. de ædit. edict. ut ut
vulgata editio ibi legat curaces. Publici autem dicuntur Cursores oppo-
sitivæ ad privatos, qui olim servi erant d. l. 99. §. ult. de leg. 3. ubi glossa
putat omnes cursores vernas fuisc. Hannibaleus

II.

Posta à pónendo dicitur quasi posita, quia ponere etiam desigere,
statuere & constituere significat. l. 2. fin. regund. l. 7. §. 1. de reb. dub. l. 5.
ff. ad exhib. l. 44. de receps. arb. l. 2. de term. mot. quæ significatio hujus

A 2

loci

loci videtur, quia posta denotat positas cursorum stationes Gl. adl. 18.
§. 21. verb. angar: de mun. & hon. Hotom. de Verb. sign. voce Angarus. quasi
positi & collocati certis locis, ut semper in procinctu excubent, si quid
occurrat expediendum. Inde in R. J. Spirensi de anno 1542. §. und damit
man. dicitur, das der halben eine Post an gelegene Mahlstatt gelegen
und erhalten werde: ubi Mahlstatt stationem significat: statio autem est
locus ubi consistunt homines aut jumenta l. 13. in fin. ff. de Uſuſr. Ita
etiam mansio denotat locum in quo iter facientes per noctem quiesce-
bant Salm. in Polyb. Sol. p. 495.

III.

Alii Postas deducunt à postibus per metaphoram, sunt enim po-
stes latera ostiorum, Germ. Pfosten, unde Virgil. 2. Aeneid.

Emoti procumbunt cardine postes.

Quemadmodum enim postes ædificiorum fulcra sunt, & præci-
pue cardines recipiunt, quibus valvæ sustinentur & vertuntur: ita Po-
sta locus est, ubi cursores & illorum equi peracto itinere quiescent, &
à quo iterum currere incipiunt.

IV.

Vocabulum Postæ denotat quandoq; stationem in qua miles ex-
cubare debet, ita die Post beachten / quandoq; personas administrantes
& cursorios equos, quandoq; stativa id est diversoria seu mansiones in
quibus iter facientes divertunt. t. t. C. de tractor. & stativ. lib. 12. Ger-
man. Post oder Post Häuser / quandoq; ipsum regale, seu jus postas in-
stituendi. Ludovicus von Hornigk de regali Postar. jur. concil. 1. Posta-
riæ apud Gallos sententiam significat à ma poste, inde fait à poste pra-
meditate.

V.

Vocantur autem à Latinis Cursores, Stationes, equi pub-
lici Nov. 30. c. 1. &c. 7. evectiones l. 2. C. de comment. l. 3. 4. 6. 23.
C. de curs. publ. Menoch. de A. J. Q. l. 2. cent. 3. cas. 229. Angari qui regias
Epistolas alter alteri succedendo ferunt. Hotom. de Verb. sign. voce Angarus.
quæ vox à lingua Persica ad Græcam deducta; ἀγαρες enim Persæ re-
gios vocabant nuncios, quorum perniciſſimus erat cursus, Gl. adl. 18.
§. 21. ff. de muner. & hon. ad verb. angarie, quos etiam Astandas, Suida au-
tore appellant. Bæcl. ad Svet. in Vit. Aug. c. 49. Speidel. in Specul. Voc. Post
Vid. Lips. Epist. cent. 3. epist. 59. unde Angariae & Parangariae nomen ad
jus Ci-

7
jus civile descendit. *Hatom. d. l. l. n. C. de SS. Ecc. l. 2. C. de Episc.*
& *Cler. l. 2. C. de quib. mun. vel præstat. lib. 10. interim in Digestis paran-*
gariarum nulla sit mentio sed tantum angariarum Sixt. de Reg. l. 2. c. 13.
n. 38. Græcis σεθμός, ab Ital. corriero, Staffetta, messo che porta lettere,
posta. Gallis courriers, poste, porteurs des lettres, & Hispanis correros. Unde
sua significata deducunt Germani Post und Postboten / Postillionen /
Enriner / Postknecht Garzon. in Piazz Univers. disc. 43.

VI.

Postæ sunt personæ à Magistratu ad expediendum cursus publicos in publicam utilitatem ordinatæ. Dicuntur personæ quia sunt homines & quidem tam liberi quam servi, quos personæ significatio complectitur *l. 32. de R. f. l. 1. 3. deflat hom. à Magistratu ordinatæ*, quoniam privatus potest habere nuncium, eumq; pro lubitu mittere, non autem postas seu cursores publicos *l. 27. s. 4. C. Th. de curs. publ. l. 4. C. de offic. Recl. Provin.* ad expediendum cursus publicos: currendi actus tam latè patet, ut non tantum de equitantibus sed etiam navigiis, vehiculis, & pedibus iter facientibus sit intelligendus. *Cluten in Syll. rer. concl. 22 lit. B. Arnisæus de jure Majest. c. 5. p. m. 547. Arum. Vol. II. disc. 7. th. 22. n. 8. & alii Postas definiunt: Equos publicos per vias publicas dispositos; sed cum hæc definitio nec materiam nec formam rei definitæ satis explicet, eam me-*
ritò ceu specialem rejicimus.

VII.

Curlores Publici vel Postæ alii sunt generales, alii speciales: illi
sunt Postæ Imperii, Germanicæ Reichs Posten / hi vel certarum provin-
ciarum, Germ. Land Posten. Hoff Posten vel privatorum & civitatum.
Germ. Mezger Post und Nebenbotten / Rauffmans Posten. Et uti
illi jure Majestatis ab Imperatore, isti jure superioritatis à Statibus Imperii in suis provinciis, vel à Magistratu vigore Jurisdictionis vel à pri-
vatis pro necessitatibus & utilitatis arbitrio constituuntur: ita hi generali
Imperatorio diplomate, suo modo interdicti sunt. *Hornige de reg. po-*
sttar. jure concl. 21. VVehn. Pr. Obs. Verb. Post. Sixtin. de Regal. l. 2. c. 13.
n. 42. Boer. de Regal. c. 2. n. 136. Neq; simpliciter in nostra definitione
continentur. Cumq; inter officiales postæ Imperii Generalis & Postæ Imperatoris aulici præcipue ibi, ubi Imperator curiam habet sapius

A 3

difficul-

difficultates exortæ sunt R. J. de anno 1541. S. ubrige. 93. ad Electorum instantiam, publica lege, Capitulationi invictissimi Imperatoris Leo. poldi inserta, constitutum est, ne Magister Postarum aulicus præjudicet postæ Imperii. Vid. art. 36, & ad illum monita Directorio Moguntinensi exhibita, quæ ad dictum artic. 35. publici juris fecit Joan. Theod. Spren- ger in Jurisp. pub. p. m. 150. Alia est posta ordinaria, alia extraordinaria: Illa quæ locis Stativis determinatos cursus observat: Hæc quæ propter emergentes salus expeditur. Germ. dici solet durch einen express Courier.

VIII.

Causa Impellens est ut non tantum privatorum sed præcipue Ma- gistratum negotia curiosè in utilitatem publicam expediantur. l. 12. C. de excusat. muner. lib. 10. adeoq; iter facientibus & literas alicubi mitten- tibus valde conductit Posta. Præcipue etiam usus ejus utilissim⁹ est, ut is qui Reipb. præfet celeriter intelligere possit, quis rerum in locis etiam longe remotis ac dissimilis status, quidve tam intra quam extra fines terri- torii geratur, Cluten. d. l. Neve Imperans inconsulto obruatur vel præsentem occasionem ampliandi Imperii terminos, vel promovendi bonum publicum incuriosa negligentia perdat.

IX.

Inde egregius Cominæns lib. 8. comm. in pr: Rex, (Ludovicum XI intendens) inquit: nuper in Galliis instituerat cursores, qui per dispositos equos incredibili celeritate iter conficerent, rem planè novam & inusitatam in Galliis ante id tempus. Per eos ilicet de fortuna Caroli cognoscet, & singulis pene momentis expectabat certiora de rebus omnibus. Sicuti & Gabrias apud Plutarchum dicere solebat: Eos optimè Ducum munere fungi, qui res hostium quam maxime cognitas haberent, adeoq; ad securita- tem. Reipl. plurimum exactissima Postarum dispositio etiam facit.

X.

Hinc in Imperio nostro non sine ratione in publicis Comitiis de- liberatum fuit de postis tam pacis quam belli tempore ritè ordinan- dis, ut de successu rerum, novis emergentibus, & aliis necessariis, ii quorum interest reddantur certiores. Præprimis inevitabilem usum præstant in legationibus, ut mittentes de legatorum expeditione, hi de illorum voluntate, & rerum momentis sub manu reddantur certiores. Vid. R. J. zu Murenbergt de anno 1522. S. Item ist bedacht. R. J. zu Eßlingen de anno

de anno 1526. s. und nach dem Kaiserlichen Mayre. R. I. zu Speyre anno 1542. s. und damit man auch jeder Zeit. Vid. Constit. Imperial. Goliad. tom. 3. const. 16. no. & 113.

XI.

Quoniam autem Postarum sustentatio magnos sumptus exigit, non video quomodo adeo in augmentum scisci redundet, quod tamē Arnis: d. l. & Limnaeus de Jur. Publ. lib. 2. c. 9. n. 134. & alii putant; nisi cū transmissione literarum, etiam iter facientibus, cursoribus operam præstare fortè indulsum sit, quo casu præcipue in Gallia magno pretio postarum officia & redditus conducuntur.

XII.

Causa efficiens remota est jus Gentium, non quod nudum rationis dictamen, seu ipsa natura naturans introduxit, sed quod post domnia distincta & gentes discretas necessitate vel utilitate exigente natura naturata, seu rectæ rationis usus inter prudentiores gentes constituit, uti enim bella & commercia, quorum causa primario postæ sunt constitutæ, juri gentium annumerantur, ita etiā ipse postarum usus l. 4. s. ff de J. & J. S. 1. Inst. de Jur. N. G. & C. inde dicitur, res antiquissimæ originis. Boec. in Svet. in Vit. Aug. c. 49:

XIII.

Postarum originem Littinaeus de Jur. Publ. lib. 2. c. 9. n. 134. ex Brisonio, Cyro Persarum Regi ascribit, quod ex Xenophonte lib. 8. Cyropaed. videtur probari: ubi notat, Excellentissimus & Consuliss Dn. Theodorus Reinking. Socer meus omni honoris & filialis obsequii cultu observandissimus de R. S. & E. lib. 1. cl. 5. c. 6. n. 135. edit. noviss. Herodotus in Urania Xerxes inventore laudat, Thol. in Synt. Jur. l. 17. c. 12. n. 9. Suetonius in vita Aug. c. 49. Augustum primum authorem credidit, quod tamen falsum sequentia evincunt. Nam ante tempora Augusti apud Romanos cursores publicos fuisse historiarum monumenta tradunt, siquidem Livius in bell. cont. Antioch. dicit: Sempronium Graffum per dispositos equos prope incredibili cursu ab Amplissam Pellam tertio die pervenisse. Et Caesar lib. 3. de bell. civil. Nuncios, ait, per dispositos equos de victoria Caesaris Messanam allatos: & Capitolinus in Maxim: Nuncium mutatis animalibus cucurrit ut eadem Maximini Romanis indicaret. Arnis. d. l. Interim si rem penitus inspicerimus, non tam publico sumtu & cura, quod Augustus primum statuisse videtur, quam privatorum opera & lucelii causa equos publicos ante Augusti tempora fuisse constat Lips. cent. 3. Epist. 59.

XIV. Causa

XIV.

Causa Efficiens Principalis Proxima, est Jus Majestatis, quod in Statu Monarchico Principes, in statu Aristocratico Optimates, & in statu Politico omnes, habent. Adeoq; Illi jure proprio Postas creare possunt qui neminem habent superiorem nisi Deum &ensem; hinc cursores instituere inter regalia censeri certum est. Sicuti in Anglia, Gallia, Hispania, Svecia Regum autoritate postas constitutas esse nullum est dubium. *Cluten. in Syll. rev. concl. 22. lit. C.* Quare Indorum quendam Philosophum, Alexandrum admonuisse dicitur, ut in medio regni sedem sibi eligeret, quod illic facilius, quid ubiq; geratur intelligi posset. Et hoc de generalibus Postis eo minus dubii haberet, quo magis certissimum est, Principem non solere quicquam de suis regalibus cedere; sunt enim haec propria Majestatis ejusq; quasi in omnibus, ita radicata, ut ab eâ non magis quam proprietates ab anima, separari possint. *Arum. de J. P. vol. 2. disc. 9. th. 283.*

XV.

Ita in Imperio nostro jus instituendarum Postarum generalium soli Cæsari uti reservatum regale competit, dan Post auffrichten ist ein Stück der Käyserlichen reservation und Hochheiten arg. t. C. de curs. publ. VVehner. obs. pract. verb. Post. quod etiam ex Rec. Imp. de anno 1641. §. 93. patet, ubi postarum reformatio Imperatori soli asserbitur, ergo etiam institutio. *Arnis. de Jur. Maj. c. 4.*

XVI.

Quoniam vero Status Imperii jure territoriali tantum possunt in suis territoriis, quantum Imperator in toto orbe. *Paurmeist. de jurisd. l. 2. c. 4. n. 70.* atq; uti ille generales, ita hi provinciales postas instituere non prohibentur, inde etiam in Capitul. moderni nostri Imperatoris art. 36. illa differentia inter Reichs OberPostmeisters / und der Käys. Erbland Hoff. Post Amt clarissime distinguitur. Adeoq; nec Generalis posta Imperatoris, Statibus in suis districtibus, nec Statuum provincialis Imperatoria præjudicium facere potest.

XVII.

Imò Mercatoribus in securitatem suarum literarum & cambio- rum, ut commercia per mutuam commutationem eo melius per totam terrarum plagam florescant, & quid pretia rerum mercesq; valeant in- notescat, non omnem cursorum usum interdicere possumus; præci-

puc

puè si tantum negotia privata & non simul Rerum publ. interesse respi-
eiant : quoniam cuiq; privato etiam jure gentium permisum est, per
privatos tabellarios & nuncios cum peregrinis rerum privatuarum argu-
menta conferre. Quapropter magnis emporiis non magis commer-
ciorum correspondentia per nuncios perficienda inhiberi potest, quam
Studiois qui nuncios in patriam ablegant , dummodo Magistratum
juri sub prætextu commerciorum nihil omnino detrahatur.

XVIII.

Causa Efficiens minus principalis, sunt Magistri postarum , co-
rumq; officiales , Germ. Postmeister / Posthalter / Postbediente und
Postreuter ; quorum , quantum ad generalem Postarum directionem
attinet , supremus inspector est Elector Moguntinus Archicancella-
rius Imperii , qui proximus ab Imperatore (præterquam in Coloniensi
Archiepiscopatu) dextram ejus claudit , inter Electores Decanus est,
D.Theod. Reinking. lib. 1. cl. 4. c. 3 n. 17. Archivum Imperii servat & jüdi-
cium Imperatoris aulicum , vulgo Reichshoftrath dictum , per Vice-
Cancellarium qui hodie est Herr Wilderich von Wallendorff /
dirigit , & ita etiam respectu juris Archi-Cancellariatus advocatiam &
protectionem postarum Imperii sibi jure tribuit , die obi inspection
über das regal des Pestwesens im Heil. Römischen Reich. Hornigk. de
R. P. J. concl. 7. p. 73.

XIX.

In antiquo Romanorum Imperio cursorum Inspectores Curiosi
& Curagendarii dicebantur l. 1. C. Th. de curios. t. t. C. de Curios. lib. 12.
quem tit. Græci non ineleganter ita interpretati sunt οἱ φευτῖσσαι
δρόποις ; desumebantur autē ex Schola agentiū in rebus qui providebant,
reb⁹ ipsius Principis , aulæ & familiae , ac itinerū simul curam habebant
Perez in Codic. de Princip. agent. in reb. lib. 12. Curiosi autē maximē de
cursorib⁹ publicis erant solliciti l. 2. 3. C. de Curios unde in l. 4. d. t. dicitur,
quod cursui tantū videntur. Observabant enim ne pabula stationibus sive
mansionibus equorum deessent , aut iniquo pretio aestimarentur per
mancipes & stationarios , & ne provinciales ultra quam justitia ratio sine-
bat , prægravarentur l. 18. C. de curs. publ. ubi Cujac. curabant etiā ne quis
sine diplomate aut supra modum evictionis curreret. l. 3. l. 6. C. de curs.
publ. vel plures equos postularet , quam evictionis autoritas concele-
serat.

B

serat.

serat. l. 2. C. de curios. l. 6. C. de princip. agent. in reb. lib. 12. ubi Cujus.
Quoniam autem Curiosi ut eo magis tuti sint omnia semper in itinere
versabantur, pericula sæpè sœva adibant & vitæ renunciabant, tandem
Principes Scholarium constituebantur. l. 6. C. de princip. agent. in reb.

XX.

Supremi Magistri Postarum (qui à Barclajo cursores præcipui
à Gallis *Grand maître des postes*, Hispanis *correo mayor*, dicuntur) in
Imperio nostro sunt, Comites de Taxis vel Tassis Bruxellis habitantes,
qui hoc ius ab Imperatore anno 1612. acceperunt, & ideo Erb General
Postmeister vocantur. Hornigk. d. l. concl. 6. Sprengerus tamen hoc ius
in feudum masculum tantum ab Imperatore iis concessum arbitratur:
Comites autem de Taxis opponuntur Comitibus de Baar, qui Sacrae
Cæsareae Majestatis postas in regnis, principatibus & ditionibus pro-
priis h. e. quæ ad domum Imperatoris pertinent, administrant, & Vi-
ennæ habitant, quos inter & Comites de Taxis sæpè magnæ suboriri
solent controversia, quare ad futura Imperii Comitia in præterita Im-
peratoris electione remissa est omnium difficultatum circa postam ver-
santium decisio. Vid. Capitul. Cæsar. art. 36. Ita in Gallia inspectio Po-
starum à Règne magno etiam demandatur officiali, qui vocatur, *grand
maître des couriers & surintendant General des Postes & relais de France*.
Et le Grand Voyer, qui avoit autrefois la Sur-Intendance sur tous les chemins,
passages & ponts. hujus tamen officium desuisse, tradit Verdier en Estat de
France. p. 131.

XXI.

Hi supremi postarum Magistri in celebrioribus Imperii civitati-
bus suos habent substitutos & officiales, Postmeisters & Postverwal-
ters dictos, qui certo salario sunt conducti, ut provida cura dirigant
quæ ad securitatem & rectitudinem Postarum pertinere videntur: unde
controversia exorta est inter civitatem Norinbergensem & Comitem
de Taxis? An civitas quæ ius habet nullos in civitate tolerandi quām
cives, cogi possit ut alium postarum præfectum quām civem recipiat.
Hitamen officiales, quia ex mandato aliorum, postarum negotia ex-
pediunt, de levissima culpa tenentur. l. 21. C. mandat.

XXII.

Causa Efficiens Instrumentalis, sunt illi qui ad cursum efficiendum
sufficiunt, scilicet ipsi cursores, quorum tria genera facit Lipsius cent. 3.

Epist.

Epist. 59. Peditum, Equitum & animantium. Pedites Græcis, teste *Livio*, dicebantur Homerodromi qui ingens uno die spatum emeti eabantur. Plinius laudat cursorum Philippidem quia intrabiduum, spatium 240. milliarium, nempe Athenis Lacedæmonem usq; pedes percurrerit, cuius cursum *Lips. d. l.* per stadia 1260. millaria Romanorum 157 $\frac{1}{2}$. leucas 40. explicat, ubi plura Cursorū exempla extant, ut etiam apud *Alexand.* ab *Alex.* *Genial. dier. lib. 2. c. 21.* *Garzon in Piazza Univ. c. 44.* Equorum per certas stationes dispositorum usus, uti, ex Cyri instituto antiquissimus fuit. Ita Cæsar, attestante *Plutarcho*, octavo die ab Urbe, ad Rhodanum venit. Mithridates mutatis equis mille stadia unico die conficit, & Hannibal biduo & binocchio tria stadiorum millia emensus dicitur. De columbis, & canibus cursorum officium præstantibus etiam *Lipsius* sollicitus est, quæ antiquitatis quidem cognitioni inserviunt, sed ad juris scientiam nihil referunt.

XXII.

Pro nostro instituto ad cursus perficiendos plura pertinent, nempe Cursores, Equi, Vehicula, & Navigia. Cursores (qui etiam Pegalarii Veredi, & à Cicer. Volucres nuncii dicuntur) sunt personæ privilegiatae quæ hodie singulis horis suas habent dimensiones. Germ. Postreuter; & ut eo tutius iter conficiant diplomata Principis habent Boeler. ad Sveron. in Aug. c. 49. quæ etiam dicuntur Combinæ, ovibñegatae tractoriae & tractoriae, Pardulff. Præt. in lex. 3. c. & Can. quarum formulam Vid. apud Briffon. de V. s. voce Tractorie Cujac. ad tit. C. de tract. & stativ. lib. 12. Germ. Postzettel/Bollettavel Bullettinum. Cornicula etiam gerunt, eo præcipue fine, ut emissio sonitu noctu ipsis portæ aperiantur, quod tamen cum primis tempore belli in fortalitiis non satis tutum est; inde porticulæ quas Noth. Pfosten vocant, vel cistulæ quæ restibus supra foscam expansis ducuntur, inventæ sunt.

XXIV.

Qui autem equo publico in causa publica vehuntur, non quidem sunt ius vocandi, l. 2. ff. de ius vocandi. de cuius textus varia interpretatione Vid. Speckhan. cent. 2. cl. 4. c. 6. Parlador. l. 2. c. 9. pag. 305. Neque tamen ita sunt privilegiati ut alii possint nocere. Inde si rei receptæ damnnum dederint præfectos etiam obligant, factum enim Cursorum Magistri ideo præstant, quia ex quasi delicto tenentur qui minus fidelium opera

B 2

utuntur

utuntur. l. 6. §. 3. l. fin. ff. naut. cap. Clabul. §. ult. Inst. de Oblig. quæ q.
ex delict. nasc.

XXV.

Equi cursuales quia perpetuis cursibus subjacent bene sunt foventi-
di, ne turpi macie tabescant, & iter quod ad celeritatem constat esse
inventum, incipiat fieri morosum. Goldast. Tom. 3. Constat. Imper. 16. p.
34. & constat. no. C. 113. Hi autem equi non sunt lignis vel fustibus, sed
flagellis tantummodo agitandi, sub pena arbitria. l. 1. C. de Curs. publ.
neq; sunt nimis onerandi; absurdū namq; est, ut illi à quibus celeritas
exigitur, magnis ponderibus opprimantur. Goldast. d. l. const. 113.

XXVI.

Si equus in via moriatur damnum hoc Dominus sustinet, nisi ve-
ctor, quem Galli passager vocant, præuntem cursorem publicum non
rite sequatur, aut præeat, vel per viam incultā currat, tunc enim qui oc-
casionem damni dat, damnum dedisse intelligitur. c. fin. de injur. quod
in Gallia strictè observatur. Hoc tamen ita demum verum puto, si non
ex morbo naturali equus cadat, mortem enim naturalem nullus præstet
l. 23. de R. J. nisi culpa casum præcesserit.

XXVII.

Equi hi cursuales quatenus usui publico inserviunt, ut ut privato-
rum sint, non possunt propter debitum Domini, multo minus curso-
ris arrestari. arg. l. 3. C. de navicul. lib. II. l. 5. §. 3. ff. de jure immunit. quod
inde maxime probatur, quia nec equi militum possunt arrestari Coler.
de Proc. Ex. p. 2. c. 3. n. 32. Unde bona desumuntur consequentia ad curtores.

XXVII.

Et quamvis equitum cursus expeditius iter præbeant, attamen ve-
hicula minori cum molestia inserviunt, quæ ideo Augustus per modica
intervalla dispositi, Svet. in Aug. c. 49. non ut passim exhiberentur, quod
per Adrianum demum factum est, inde Cursus fiscales, sed tantum ut
per literas & veredarios sub manum h. e. celerrimè & exemplo co-
gnoscere posset, quid ubivis gereretur. Schild. in Suet. d. l. inde vehicu-
laris cursus l. ult. §. 4. de munier. & honor. & apud veteres vehiculi genus
etiam Clabula erat, unde Cursus Clabularis. Cujac. ad l. 22. C. de curs.
publ. l. 2. & §. C. Th. de Curios. Ammian. Marcell. lib. 20.

XXIX.

Navigia vel naves vectoria seu vectorum ductrices l. 2. §. 12. de
Exercit

7

Exercit. ad. Germ. Fehrschützen / Treckschützen / Jagden / Gallionem /
Pacquet Booth/ quæ inter Angliam, Galliam & Hollandiam, ac inter
ipsas Bataviæ civitates, modico pretio maximum usum præstant. Quod
etiam in superiori bello in Dania innotuit, cum enim terrestres cursus
à Svecis essent impediti, cursoriæ naves Hafnia Lubecam, & itidem
Svecorum ex Falstria Varnemundum & Vismariam frequentissimè re-
meabant.

XXX.

Stratorum etiam officium si in Germania revocaretur, ex gloria
Statuum Imperii esset, ut iter facientes cum majori commoditate, &
veredarii minori cum damno, ac ampliori lucro possent cursus absol-
vere, longe plus enim propter itinera corrupta perdunt quantum via-
rum complanationi posse impense sufficere. Erat autem Stratorum
munus, ut curam pontium & itinerum haberent, viasq; interruptas,
ordinarent & complanarent. Quamvis autem officium Stratorum in
hoc significatu olim exercitum commode deducendum tantum respi-
ceret, Perez. in G. ad tit. de Stratoribus. lib. 12. Coras. ad l. 4. ff. de offic.
Proc. n. s. tamen si iidem hodie bono publico & viis regiis communiter
consulerent, non deesset opera pretium, cum etiam alias Status Impe-
rii debeat jure viarum publicarum curam habere. R. J. de anno 1548.
S. ferner Landfried & 1555. S. nach dem aber. Inde olim certi Magistra-
tus constitui fuere, qui ob id viocuri, seu viarum curatores dicti sunt.
Paul. s. sent. 6. §. 2. Frider. de Interd. tit. 3. n. 19. l. un. pr. ff. de via public.
& si quid sumtuus autem ex vario publico sunt desumendi, qui si deficiant
incolæ conferre tenentur, neq; SS. Ecclesiæ eximuntur. l. 7. C. de SS.
Eccles. l. 4. C. de priv. dom. Aug. l. u. In Gallia viocuri dicuntur Maistres
des ports, passages & chemins. Tholos. in synt. l. 3. c. 13. n. 5.

XXXI.

Objectū Cursorum sunt, viæ quas percurrunt, literæ, literarum sarcinæ,
atq; homines quos vehunt. Viarum quædā publicæ sunt, quædā privatæ,
quædam vicinales. l. 2. §: 22. ff. ne quid in loc. publ. Publicæ viæ dicuntur,
quæ ad Remp. Romanæ pertinent arg. l. 15. de V. S. quæ vocantur viæ
Bacilliæ, regiæ, prætoriæ, consulares, militares d. l. 2. §. 22. l. ult. §.
ult. de loc. & itin. hodie Imperatoriæ freye Kaiserliche Heerstrassen freye
Reichsstrassen/ offene und Landstrassen Sixtin. de Regal. l. 2. c. 2. Rosenth. de
Feud. lib. 5. c. 20. n. 1. Gail. 2. de PP. c. I. n. 12, quamvis in Principum-
terri-

B 3

terri-

territoriis habeantur, ipsisq; jus telonia exigendi & delicta in illis commissa puniendi competitat. Speckh. cent. 3. concl. 2. qu. 9. supremum tamen dominium Imperatoris est, quare inter regalia numerantur 2. F. 56. Frider. d. t. n. 12. Privatae viæ etiam agrariae dicuntur. d. l. 2. §. 21. Vicinales quæ in vicos ducunt d. l. 2. §. 22. Jure Saxon. perinde ac jure communis viæ latitudo octo pedum esse debet, Weichbild art. 129. l. 8. ff. de S. P. R. quod tamen vix de publicis viis intelligimus, quippe quæ latæ esse debent ut currus obvii sibi invicem cedere possint.

XXXII.

Et quamvis jure Sax. Land. R. part. 2. art. 59. constitutum sit, quod currus vacuus debeat cedere onusto, eques currui, & qui posterior ad pontem venit, ei transitum permittere, qui prior in ponte fuit Zobel, in diff. Jur. Saxon. l. 2. art. 46. p. 389. Attamen ne cursus publicus impeditur postæ omnes cedere tenentur. Et quamvis Cursores publici viam regiam regulariter debeant tenere. l. s. C. de curs. publ. attamen si à præfectis postarū commodior via electa sit, per illâ ire cursor non prohibetur. Hornigk de reg. Post. jur. concl. 78. Hoc tamen casu, si robariam passus sit à prædonibus Posta damnum sustinere debet, cum alias Domini territoriorum qui censum accipiunt, & ideo salvum conductum promittunt, ad damna resarcienda teneantur, R. J. de anno 1555. J. nachdem aber ein jeder Thürfürst. & de anno 1559. S. damit dan die Obrigkeit Gail. 2. Obs. 64. Klock. diss. de jure vect. th. 78.

XXXIII.

Forma Postæ alia est constituendæ, alia constitutæ. Illa vel fit jure proprio, vel beneficio alieno. Utroq; modo jus Majestatis Postarum institutio præsupponit vid. supr. th. 14. quia regalibus annumeratur, quæ Majestatis effectum designant Dn. Reinking. de R. S. & E. l. i. cl. 5. c. 6. n. 117. Majestas autem acquiritur ordinarie successione & electione, quarum illa hac pacatiorem relinquit Reipubl. statum; Hæc multarum simulcatum genitrix. Extraordinariè emitione, matrimonio, permutatione, donatione, occupatione & præscriptione, dummodo causa belli justa fuerit, vel consensus amittentis accesserit. Limn. capit. Car. V. p. 176. n. 16. 17. hæc præscriptio juris gentium est. Hugo de Roy. de eo quod just. l. 3. tit. 2. n. 3. Beneficio alieno jus postarum competit Concessione, quæ sit per privilegii c. 9. 10. n. A.B. vel per investitaram, quæ jus feudi constituitur & acquiritur 2. F. 1. 2. II. Germ. eine Belehnung. Præscripti-

Præscriptione, quæ si temporis sit immemorialis arg. l. 3. §. 4. de aqua
quotid. & æstiv. vim concessionis specialis habet. c. 26. Extra de V. S. R. 3. de
anno 1548. §. un. soll. unfer. §. Wan auch ein ausgezogen. §. Wo auch inner-
halb Menschen. Hæc constituta ab accidentibus desumenda est, ita
cursor debet esse vir non foemina l. 2. de R. J. l. 14. C. de contrah. stipul.
in officio alacris, in labore indefessus, in expeditione fidelis, ad curren-
dum promitus.

XXXVI.

Effectus Primus est generalis vel specialis: ille ut diversorum locorum
gesta cito innotescant, & tam publica quam privata negotia rite expe-
diantur. *Hic* respicit vel cursores vel eorum officium: Cursor i. con-
tra externam vim munitus est, ita qui Imperatorium cursorem violat,
crimen læsa Majestatis committit l. 3. ff. ad l. Jul. Majest. 2. Pedagium
aut veetigal cursor non solvit, quia Principis autoritate in bonum
publicum currit. l. 4. §. 1. de Publican. veetig. & commiss. 3. commodas
vias eligere potest, modo privatis damnum non inferat. 4. Si equus in
itinere forte moriatur, alium in itinere arripere potest, dummodo ju-
stum pretium solvat.

XXXV.

Officium tam præfectorum, quam Cursorum est generale & spe-
ciale. *Hoc* ut rite demandatum officium expediant, diligenter inqui-
rant quid in locis dissitis occurrat, multa enim literis haud tuto com-
mittuntur, quæ per veredarios innotescunt. *Scild.* in Sveton. in vit. Aug.
c. 46. deinde ne vel literas proditionis, nec proditores vehant caute
prospiciant arg. l. 1. ad l. Jul. Majest. l. 6. §. exploratores ff. de re milit.
Thelos. synt. juri l. 35. c. 5. n. 8. Illud (1.) ut statuto tempore cursus expe-
diant (2.) literarum fasciculos fideliter custodian. (3.) literas bene di-
sponant. Siitaq; vel cursor vel præfectus literas aperiat, non tantum
Stellionatus, verum etiam falsi crimine tenetur. (4.) si cursor fascicu-
lum amiserit, non tantum ipse ex locato, sed præfectus etiam ex re-
cepto tenetur. arg. l. 1. ff. naut. caup. stabul. (5.) Casus fortuitos & insol-
itos, (qui inter se longe differunt) præfectus nisi cursoris vel sui ipsius
culpa præcedat, non præstat, de levissima tamen culpa uterque tenetur
argum. l. 2. C. de naufrag. l. 3. §. 1. in fin. naut. caup. stabul. (6.) Si tabel-
larius pecuniam sibi adnumeratam in proprios usus convertat, vel sur-
ripiat furti tenetur. l. 7. C. de furt. l. 22. §. 7. Mand. CC. art. 170. Vvesenb.
in π. ff.

in p. ff. defert. n. ii. Quamvis enim videri posset dominium pecuniae tradita in nuncium esse translatum, adeoq; actionem furti, quæ contra dominum non datur, cessare; attamen cum intentio contrahentium negotia distinguat, & traditio sine titulo in efficax sit ad transferendum dominium, furti actionem hoc casu competere non est dubium.

XXXVI.

Effectus secundus sunt actiones propter postam competentes, quæ pro diversitate concessionis etiam diversimode competunt, ut puta si obligatoriæ constituta sit, ex empto, stipulatu, ex lege, præscriptis verbis; Si acquisita sit posta mediante investitura Vasallo in possessorio datur interdictum v. g. uti possidetis, & beneficium *Can. redintegranda.* 3. q. 1. In petitorio Utilis vindicatio non tantum contra extraneum possessorem, sed etiam contra ipsum Dominum. arg. 2. F. 8. §. rei autem. Nec minus Domino directa vindicatio datur d. §. rei autem qua mediante uti feudum ita etiam postam illicite alienatam potest revocare. Qui literas & sarcinules possis commiserunt, varias etiam habent actiones ut mandati, locati, Præscr. verb. ex stipulatu, & ex recepto.

XXXVII.

Affinia sunt. (1.) Postæ provinciales Landposten / non enim Principes inviti tenentur postæ Cæsareæ literas suas committere. (2.) Landkutschæn / in Dania Kôhrwagen. (3.) Ampis Fuhren / in Suecia Schiffshester / qui angarii de quibus agitur 2. F. 56. proximè accedunt. (4.) Ignes Publici, qui imminentis negotii signum dant Barel. in Argen. p. m. 21. (5.) Marschisse / qualia navigia quotidie inter Moguntiam & Francosurtum eunt, & Fehrschisse quibus Hamburgi etiam indies utuntur (6.) Nunciij Judiciorum qui German. Kammer. und Gerichts. Bottens Item Kanzley. Bottens dicuntur: qui si jurati fuerint, faciunt quidem præsumptionem juris non tamen juris & de jure.

Plura addere materia quidem svaderet, sed Amplissime & Facultatis Lex cui parendum prohibet.

DEO SIT LAUS IN SECULA.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn735211248/phys_0019](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn735211248/phys_0019)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn735211248/phys_0020](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn735211248/phys_0020)

DFG

Buereit. ad. Germ. Fehrschützen / Treckschützen
Pacquet Booth/ qua inter Angliam, Galliam
ipsas Bataviæ civitates, modico prelio maximis
etiam in superiori bello in Dania innotuit,
à Svecis essent impediti, cursoriæ naves Ha-
Svecorum ex Falstria Varnemundum & Vil-
meabant.


XXX.

Stratorum etiam officium si in Germ
Statuum Imperii esset, ut iter facientes cum
veredarii minori cum damno, ac ampliori lu-
vere, longe plus enim propter itinera corr
rum complanationi posset impense sufficere
munus, ut curam pontium & itinerum ha
ordinarent & complanarent. Quamvis aut
hoc significatu olim exercitum commode ce
ceret, Perez. in Q. ad tit. de stratoribus. lib.
Proc. n. 5. tamen si iidem hodie bono publico
consulerent, non decesserat opera pretium, cu
rri debeat jure viarum publicarum curam ha
S. ferner Landfried & 1555. §. nach dem aber
tus constitui fuere, qui ob id viocuri, seu v
Paul. s. sent. 6. §. 2. Frider. de Interd. tit. 3. 1
& si quid sumptus autem ex ærario publico sun
incolæ conferre tenentur, neq; SS. Ecclesiæ
Eccles. l. 4. C. de priv. dom. Aug. l. u. In Gallia
des ports, passages & chemins. Tholos. in Spur

XXXI.

Objetū Cursorum sunt, viæ quas percurrunt
atq; homines quos vehunt. Viarum quædā p
quædam vicinales. l. 2. §: 22. ff. ne quid in loc
quæ ad Remp. Romanæ pertinent arg. l. 1
Bæsilicæ, regiæ, prætoriæ, consulares, i
ult. de loc. & itin. hodie Imperatoriæ freye S
Reichsstrassen/ offene und Landstrassen sixti
Feud. lib. s. c. 20. n. 1. Gail. 2. de PP. c. I. n.

B



the scale towards document

Galliotum/
m, ac inter
stant. Quod
stres cursus
& itidem
utissime re-

r, ex gloria
moderate, &
arsus absolu
tantum via
stratorum
interruptas,
tratorum in
intum respi
4. ff. de offic
communiter
status Impe
le anno 1548.
ti Magistra
es dicti sunt
de via public
uisi deficiant
. 7. C. de SS.
itur Maistres

rum sarcinæ,
ædā privatæ,
viæ dicuntur,
vocantur viæ
§. 22. l. ult. §.
strassen/freye
2. Rosenth. de
Principum
terri-

Image Engineering Scan Reference Chart JTE63 Serial No. _____